

Plébánustól. Kereszt atyja vala Petrovics János. Nemes Horváth Ferentz elvette nejlül Zádory Klárát és megesküdtek Écsen Győrvarmegyében. — Zádory Klára született és megkereszteltetett Pázmádon Győrvarmegyében.

13. Millyen édes öröm szálna gyöpös sírhalmomra, ha rólam is, mint ő róla (édes Atyja), saját ellenségeim barátaimmal együtt hirdetve hirdetnék: Dolgos, érzékeny szánakodó, fáradhatatlan és Jótevő ember, igaz ember volt utolsó fogytaig.

14. Majd elfelejtém örök emlékezet okáért följegyezni, hogy a' Barát Monostorban Fehérvárott jövő November holnapban elkezdik Magyarázni a Philosophiát. Régtől fogva nem dicsekedhetett ilyen nel hazám. — Vagyon Pesten egy régibb Thesisem, mely a' Fehérvári Barát Philosophusoknak számokra készült.

Néh. SZÉCHY KÁROLY másolatából.

VÁLYI K. ANDRÁS ÉLETÉHEZ.¹

I.

Amplissime Magistratus,
Domini singulariter colendissimi.

Insinuata coram superioritate literaria egregii domini Andreae Sikur, scholae nationalis localis professoris resignatione, de dato 4-ae Decembris anni proxime praeteriti ii mihi fuerunt dati ordines, ut stationem hanc taliter vacaturam individuo e statu protestantium deligendo conferam; quo ita altissimae menti regiae commixtionem scholarum in locis per diversae religionis accolas inhabitatis, praecipienti satisfiat. In cuius dispositionis obsequium praenominato domino professore per ampissimum hunc magistratum occasione ultimae restaurationis applicato, egregium dominum *Andream Vályi*, evangelicum helveticae confessionis addictum, in studiis debite versatum et in ipsa docendi methodo clementissime praescripta insigni cum laude approbatum linguarumque praeter patriam, quae ei vernacula est, latinae, germanicae, slavicae, imo gallicae etiam et italicae gnarum, professorem orbatae huius suo institutore classis denominavi.

Quem quidem amplissimo magistratui ceu scholae huius patrono per perillustrem dominum Carolum Dietenhofer, scholae regiae districtus huius normalis directoris ea cum officiosa petitione praesento, ut eum quidem contestatis erga reliquos dominos scholae huius professores gratiis complecti, ipsum vero eiusdem e tam multis aliis pro statione hac concurrentibus individuus delectum et denominationem pro certissimo singularis illius cultus et studii, quo erga eundem amplissimum magistratum et iuventutis localis commodum et feror et ferri debeo, argumento sumere

¹ Lásd a XXI. évf. 336. lapját.

dignetur. Qui expertis favoribus commendatus persisto. Cassoviae die 3-a septembris 1787.

Eiusdem Amplissimi Magistratus servus obligatissimus devinctissimus

Franciscus Kazinczy.

Kivül: 3877. praesentata 3-a Septembris 1787. Ad acta.

Referatum 6-ta Septembris (1)787. Polinszky.

(Eredetije Kassa városa levéltárában az 1787-ik évi 3877. sz. a.)

II.

Inclyte etc. Dolorose ex litteris amplissimi magistratus liberae regiae civitatis Cassoviensis percepi ad querelam sub nomine Josephi Igaz et Andreae Hrappan¹ contra me erronee substratam, me ita accusatum fuisse, quasi praefatis opificibus pro praestitis eorum mihi servitiis et tanquam docenti et tanquam visitatori, satisfacere noluissem quum iidem cives Cassovienses pro eorum mihi praestitis servitiis tanquam docenti semper ac generose excontentatos fuisse mei testes erunt. Verum obtento inopinante visitatoris officio, pro quo unquam supplicavi, quum omnibus denominatis, ut ad stationes suas quo ocius compareant, gratiosissime mandatum erat, vestes de quibus mentio est, partim quum iam in pro-cinctu fuisset, partim autem Miskoltzino curavi. Horum autem excontentatio ex his potissimum causis tamdiu procrastinata est. Utpote

1-mo Promotus ad officium visitatoris suppellectilium meorum partem unam successori meo egregio Joanni Aszalai cessi, ut praetium earum et mutuam summam praefatis civibus deponeret; privatus autem is etiam brevi propter suam confessionem officio, nec locum ubi comoretur, nec quidquam de se mihi notum dedit, imo quod in praesenti apud spectabilem dominum de *Lonyai* privatum agat instructorem, id etiam per alios mihi relatam est. Respectu autem mei

2-do quamvis iam officio visitatoriali sumptibus graviter eram oneratus, spe tamen bona fretus plus in negotio scholarum nationalium expendi, quam a proportione meum erat salarium, quod apud suam sacratissimam caesareo-regiam Maiestatem pia ac gloriosissimae memoriae Leopoldum secundum, quum pro moderno officio simplex institissem luculenter edocui. Orbatus autem statim post aliquot menses officio angoribus affectus, mox febris acuta, mox acris torminibus graviter correptus Budae et Pestini occasione comitiorum jacens, novis eram sumptibus oneratus, vix tamen vires recuperavi et jam non obstante eo, quod pro praestito subsidio, inauditum interusurium pendere debebam, pro erectione cathedrae linguae et litteraturae hungaricae et domi et foris nihil intentatum reliqui.

Pestini autem degens.

3-io. Mox editione diversorum opusculorum, mox falsa fide commissariorum, qui libros distrahere debuissent, mox reimpressione salerii

¹ Kassai iparosok, az első gombkötő, a második szabó.

docentis linguae hungaricae, quum jam propter assiduos labores ac nocturnas lucubrationes haemoptia correptus fuisset, opusculorum praeterito tantum anno et nude facto salerii 624 rh(ensum) fl.(orenorum) damnificatus: tamen quum spes exigua haberi potest, praefatum Szalay nunc adhuc solvere posse, his inclyto magistratui academico humillime declaro, praefatos cives vel cum initio mensis sequentis, siquidem erit possibile vel cum fine mensis Aprilis per mercatorem dominum Krausz certo excontentaturos. Qui debito cum venerationis cultu persisto *Pestini 2-a* Januarii 1794. Inclyti magistratus academici humillimus servus *Andreas Vályi* linguae et litteraturae hungaricae professor ordinarius.

(Eredetije Kassa v. lvt. Másolat.)

KEMÉNY LAJOS.

SZEGEDY GERGELY ÉLETÉHEZ.

I.

Ornatissime ac humanissime vir, amice nobis observandissime. Salutem et nostri commendationem cum honore. Et nostra voluntate dominus *Gregorius Melzer* germanicus noster contionator, simulque rector scholae nostrae *Mathias Chabay* ad humanitatem vestram litteras per exhibitorem praesentium miserunt in causa religionis et studiosi cuiusdam *Gregorii*¹ qui nuper *Viteberga* rediens apud nos aliquot contiones lingua hungarica habuit. Cum autem praefati nostri contionator et rector scholae illum in certis quibusdam articulis dissentire ab augustana confessione et praecipue de coena Domini affirmant, iussimus, ut v. h. illius errorem aut sententiam perscribant. Itaque et nos obnix v. h. rogamus, ut de iis cum reverendo domino N. pastore Bartfensi conferat diligenter ac cum ad eorum scripta respondeat, tum nobis quoque suam sententiam, quamprimum fieri poterit, perscribat. Factura in hoc h. v. opus pium nostraeque reipublicae gratum et utile quam scimus ante omnia in id incumbere, ut et in his partibus vera de Deo vigeat notitia pravis et haeticis opinionibus hominum fanaticorum non admissis. In reliquo optamus, ut divina bonitas H. V. diu salvum et fortunatum conservet. Domino pastori vestro salutem et nostram benevolentiam commendamus. Datum Cassoviae ipso die Laurentii martyris anno 1557.

Judex iuratique cives civitatis
Cassoviensis.

Kivül: Ornatissimo humanissimoque viro domino *Leonarto Slökel* rectori scholae Bartfensis, amico nobis observandissimo, 1557.

(Egykorú fogalmazvány, Cromer Lénárd jegyző kezeírása, Kassa v. lvt. 1875. sz. a.)

¹ Szegedy.